M. REINERI ALEMANICI

PHAGIFACETUS

ET

GODEFRIDI OMNE PVNCTVM.

E

CODICE LUBECENSI

EDIDIT

FRIDERICUS JACOB,

DIRECTOR LUBECENSIS.

LUBECAE

APUD BIBLIOPOLAM DE ROHDEN.

MDCCCXXXVIII.

Quum sortis Vestrae benignitate ita contigisset, COLLEGAE AESTVMATISSVMI, ut Vobis maxime ductoribus Vestrum Gymnasium DEO OPTIMO MAXIMO et peracti feliciter saeculi grates offerret et prospere ineuntis vota pia susciperet, nihil nostro collegio prius potiusque visum est, quam gratissimum laeti eius diei adventum publice contestari. Siquidem honeste fieri non posse arbitrabamur, ut in tanto omnium ordinum concursu, qui gratulabundi ad Vos accederent, nos abessemus. Nam sive muneris paritatem reputabamus; quem magis pro Vestra salute vota concipere decebat, quam eos, qui in eisdem vitae consiliis occupati optime didicissent, quam praesente divini numinis auxilio opus esset, ut ne puerilis institutionis fructus inter saevas nostrorum temporum procellas contunderentur? sive locorum vicinitatem spectabamus; cui magis quam nobis Vestra salus cordi esse debebat? Nam si vel in rebus externis neque ad veteris Catonis neque ad nostri Lutheri auctori-

tatem confugiendum est, ut quanta cura vicini amplectendi sint intelligatur; quid magis perspicuum esse potest, quam in animorum disciplina vicinos vel probos aut improbos, vel acres aut remissos tantum posse magistrorum labores vel deminuere vel etiam augere, ut post acerrima sui ipsius emendandi studia nemo priorem curam habere debeat, quam ut pari studio illos accendat; aut si semet ipsum post illos relictum senserit, ut in eorum exemplum sese componat atque emendet. Quod quum sponte, quam verum esset, intelligeretis, COLLEGAE AESTVMATISSVMI, lubenti animo eis consultationibus interesse solebatis, quae propter hanc ipsam causam ex aliquot annis institui per has regiones consueverunt, ut magis quam antea factum esset, haec vicinitas et exemplo et doctrina sese adiuvaret et concresceret. Itaque haec quoque artius inde inter nos apta rei scholasticae vincula magnopere in causa fuerunt, cur ab hoc Vestro die laetissimo abesse neque vellemus neque possemus. Sed longe quam ea omnia magis cum omnium Vestrum, tum Tua, illustrissime Eggers, caritas atque observantia nos impulit. Tanta est enim candidissimi Tui pectoris simplicitas, ut in ea et literarum integerrimus amor, et muneris Tui diligentissima administratio, et amicorum fidissima tuitio unas et firmissimas radices egerit, nos autem,

sicut plerosque omnes, in sincerissimum Tui amorem adduxerit vel potius coegerit. Maneat ergo, quae iam diu hoc duce in Vestro Gymnasio sedem collocavit, Felicitas, et in novo hoc novi saeculi ingressu in dies laetius crescat et augeatur. Tibi vero, illustrissime Klauseni, cui rara fatorum benignitate concessum est, ut, cum nuper quinquagesimum in eodem munere annum transactum, (quod ipsum rarum est,) celebravisses, in hoc quoque primum Gymnasii Vestri saeculare festum laetissimum integris viribus conservarere, videresque, dum ipse in occidentali maris nostri litore bonas artes adiuvas, eodem officio in Germaniae oris orientalibus feliciter fungentem filium, Tibi, vir prestantissime, ad Tuam felicitatem hoc, precamur, Deus optimus maximus addat, ut a Tuo exemplo exorsi parem muneris vitaeque felicitatem omnes quicunque de Vestro Gymnasio optime fuerint meriti dinumerent.

Quum igitur voluntatis erga Vos nostrae testimonium publicum exstare vellemus, tale hoc esse oportere visum est, quod totum ex urbis nostrae opibus esset profectum. ex quo hoc consilium natum est, ut Reineri hunc Phagifacetum ad Vos mittere placeret. Est enim in publica huius urbis bibliotheca membranaceus codex, (№ 64.) in quo varia variis temporibus descripta opuscula haec continentur:

1. *Expositiones fabulares*, quae ita incipiunt: „Saturnus regnavit in Italia. Hic per annonae erogationem ad se populos attrahens a saturando dicitur. Opis eius uxor, quia opem esurientibus dedit. Velato capite fingitur, quia omnes fructus foliorum tegantur umbraculo. Falcem habet, vel propter fructum vel propter designationem temporum in se recurrentium." etc. finiuntur ita: „Nepa genus scorpionis est, qui filios suos devorat praeter unum, qui setis dorsi eius inhaeret sicque mortem unde nepos dicitur, quilibet luxuriose sua devorans. per hoc rhetoricus sermo intelligitur." etc. Continetur libellus 28 foliis; i. e. quatuor membranae in octona folia complicatae sunt, sed quarta dimidiata est. ex his duae membranae priores crassae, tertia cum semisse subtilis; manus in hac recentior, quamquam utramque in saeculum decimum et quartum referas. Argumentum libri quamquam ab initio cum ceteris, quos viderim, mythographis magnam similitudinem refert, deinde tamen plane ab omnibus recedit. cuius rei hoc specimen esto: „Juno a iuvando dicta est. Ideo et regnis praeesse dicitur, quia haec vita [i. e. activa] divitiis studeat. Cum sceptro etiam pingitur, quia divitiae regnis sunt proximae. velato capite Junonem ponunt, quia divitiae sunt absconsae. dea partus est, quia divitiae sunt perennantes. in huius tutela pavonem

ponunt, quia omnis potentia quaerat ornatum; sed dum arcuato curvamine caudae ornat faciem, posteriora turpiter nudat. ita divitiarum gloriaeque appetitus momentaliter ornant, sed postrema sunt nuda, quia in obitu hominis nudatio operum eius." etc. Scriptorum antiquorum fragmenta nulla usquam deprehendi.

2. *Aviani fabulae.* Praefatio deest; fabularum ordo ab ordine vulgari interdum recedit, versus alii desiderantur, alii novi adduntur, omninoque codex futuro harum fabularum curatori nequaquam spernendus est. Ceterum continetur foliis decem; inscriptio nec operis nec fabularum ulla. nam *explicit avianus*, a manu recentiore subscriptum est. sequuntur quatuor folia cum glossis a manu recenti pessime scriptis, inter quas media in ultimo folio praefatio Aviani ad Theodosium legitur.

3. *Pindarus Thebanus.* Inscriptio libri nulla; subscriptum, Explicit. Hic etiam liber eleganter scriptus in multis a codicibus, quos Th. v. Kooten contulit, discrepat. continetur foliis 18, sive membranis duabus novies complicatis.*)

*) Alter praeter hunc Pindari codex in bibliotheca nostra adservatur, quem Petrus de Rubeis *accopiavit* anno 1455 hac subscriptione: Finis. Bellica troia canens hic hic finitur homerus.

4. *Omne punctum.* Ita incipit:

Christe, regis qui nos, in me sensus rege quinos,
Custodemque datae vitae mihi, supplico, da te.
Hostem, ne sua vis noceat, rex pelle suavis,
Ne queat hac veluti victor gaudere vel uti.

Finitur ita:

Haec tuearis scripta, scolaris, foedere fido,
Haec et in hora, qua legis, ora pro Godefrido.
Haec mea fratres stirpe mea tres discite nati.
His repetitis ad bona sitis vera parati.
Pro monumentis ista parentis, nate, teneto.
Vive retentis his documentis corde quieto.
Ne peream demens, absit dementia de me.
Christe, malum demens tibi me dementia deme.

Explicit.

Explicit omnis punctus, manus recentior addidit. Continetur poema septem foliis, quod plenum bonae frugis et non inficetum dignum sane, quod publici iuris fiat, videri possit. *)

5. *Phagifacetus.* Continetur decem foliis. manus est saeculi decimi quinti. adscriptae sunt glossae minimi pleraeque pretii. In fine, Explicit phagifecetus, a. m. sec. correctum, phagifacetus. Deinde a manu glossatoris: „Materia huius libri est facetia comedendi cum tribus partibus, sc. cum domino, socio et puella. Intentio auctoris est nos

*) Jam omnia haec erant descripta, cum ipsi mirari coepimus, cur non hanc quoque opellam ad Vos mitteremus? Itaque fecimus.

in honestis edendi moribus apud dominum, socium et puellam stilo metrico erudire. Utilitas est, ut sciamus fugienda et facienda in mensae facetia competenter. Etyce supponitur, quia de moribus tractat. Titulus talis est. Incipit primus libellus magistri reyneri de fagyfacetia. i. de honestate comedendi. et bene dicitur libellus primus, quia sequitur secundus et tertius. Auctor huius libri est magister reynerus almanicus de saxonya."

6. *Speculum morum* in octo foliis. manus rotunda et elegans, quam saeculi decimi et quarti censeo; sed trita admodum membrana et literae molestissimam oculis lectionem efficiunt. praemissa est praefatio, minutissimis literis scripta, post quam ipsum carmen ita incipit:

Quum nihil absque deo proferre salubre queamus,
Hoc inclamato puerilia pauca canamus,
Quae prosunt rudibus pueris, vero documento;
Si traduntur eis, voluit haec tradere vento.
Non inter doctos cupit iste venire libellus;
Sed leget hunc quivis sine qualibet arte novellus.
Huic damus, et dabitur nomen speculum puerorum.
Qui speculentur in hoc et carpent carmina (?) florum.

Finis hic est; quamquam ultimos quatuor versus non expedio:

Explicit iste liber pueris dans pocula plena,
Qui quadragena metra continet et duodena.

7. Sequuntur in foliis 9 proximis *glossae ad Ovidii remedia amoris*, literis minutissimis. Initium hoc est: „Perfecto de arte amandi opere accusabatur Ovidius de instantia et libidine . ut ergo gratiam romanorum et caesaris recuperare possit, subiungit hoc opus.“ Finitur: „Expliciunt glosae de remediis amorum. Deo laus sit. O scriptor fesse completis his requiesce.“

8. *Glossae ad Lucani Pharsalia* breves in foliis 10, in quibus poetarum fragmenta nulla invenio.

Iam de Reinero ipso plura haberemus vellem, quae Vobiscum communicare possemus. Neque enim quis fuerit neque quando nobis innotuit*), non antiquissimum quidem esse inde concludas, quod versuum leoninorum usus iam rarior et ad id est repositus, si quando vel sententia graviter enunciganda, vel eximius orationi ornatus quaerendus est. deferbuisse vero tum eum morem, non post ea tempora increvisse magis, propter id verisimile putabamus, quod istorum versuum tamquam faeces residuae, i. e. breves syllabae in caesura licenter productae, (cuius maxime memorabile exemplum vs. 146 praebet,) creberrimae inveniuntur. Est tamen non inficetum ingenium hominis; oratio

*) Quamquam melius a libris instructis aliis facilis indagatio fuerit, quum saepe recusus *Facetus morum* ad eundem sive Raynerum sive Reinerium etc. referatur.

autem etiamsi neque in verbis eligendis neque in fingendis periodis antiqua, rotunda tamen et illius aevi haud spernendum exemplar, ex quo et orationis lepores et rerum iudicia et morum praecepta pariter atque simplicitatem non sane sine iucunditate quadam atque etiam fructu non parvo percipias. Quapropter, quum nostris diebus acriore studio diu neglecta illorum temporum opera in lucem ferri coepta sint, eaque etiam in re praestantissimum Germaniae decus, Jacobus Grimm, se ducem praestiterit, non alienum ab hoc tempore videbatur, si ad Vos, AESTVMATISSVMI COLLEGAE, quantum quidem nostrae opes valerent, ea auspicia secuti, hunc libellum mitteremus. Quem non mediocri quondam auctoritate viguisse et glossae ipsae nostro exemplari adscriptae, et a Sibastiano Brantio curata editio et alterum huius libelli exemplar Lipsiense satis demonstrant. Neque tamen eae nobis copiae adfuerunt. Brantii enim editionem, quae rarissima videtur, inspicere nobis non licuit, Lipsiensis autem liber quum quaereretur nobis precantibus, desiderari inde a saeculo praeterito inventus est. Erat igitur in Lubecensibus nostris copiis, — ut omnino nostrum hoc munus esset, — standum. Id tamen nobis effecisse videmur, ut sententia quidem scriptoris ubique manifesta esset. Sin in verbis singulis aliquoties haesi-

mus, Vestra efficiet doctrina, ut his etiam exemptis naevis et Reinerus mundior et nos doctiores abeamus. Quod ut benigne curetis, nosque ut amare pergatis, ipsi vero Vestrumque Gymnasium ut in dies magis augeatur, floreat, crescat, ex animo exoptamus, nominis Vestri observantissimi

CATHARINEI LUBECENSIS
PRAECEPTORES.

Res rerum naturâ parens ita concipit omnes
Et parit, ut natae potuque ciboque diatim
Indigeant, vescique velint, aut vivere nolint.
Non tamen aequali mater sua pignora more
Esse docet, nec adest cunctis vescentibus idem
Ritus vescendi. quis nescit? quippe quibusdam
Vivitur ex rapto, puta pardis, tigribus, ursis.
Scilicet his inter vescendum saevior ira,
Mens truculentior, et rabies intentior ardet.
Eaedem non reputant simul hostes vincere binos
Fas sibi, sed postquam prior adversarius esu
Esuries cecidit, tunc demum dira domatur,
Cuius congestis fornax incanduit escis,
Incentiva sitis; gelidas properatur ad undas,
Torrentemque sitim torrentis temperat algor.
Sanctius his animal homo, rerum flosculus, heres
Caeli, forma dei, cui caelum cernere facto
Os sublime dedit placidissimus ille creator,
Non ita degenerat, nec eum recreantia tali,
Oblitus decoris, invadit edulia morsu;
Illo praecipue non bestia, quod sua voltu
Fercula pacifico, parsurus paene, locumque

v. 11. cod. *domantes*.
v. 14. vel *intentiva*, litera enim inter *c* et *t* media.
v. 17. *facto* gloss. *creato*.

Facturus veniae, scit delibare soletque,
Inter convivas hilaris, convivia laetus,
Mensas urbanus, comedenda bibenda facetus.
Nec credendum est, quod nunc orta facetia mensae
Pullulet, aut paucos aetatis computet annos;
Quin potius iam canet anus, tantique timoris
Extitit antiquis, ut iuramenta per ipsam
Et facerent veteres et facta revellere nollent.
Denique sepositus altricis ab ubere natus,
Nec prius ad patriae recipi consortia mensae
Dignus erat, quam mensales didicisset honores,
Et nosset, positis quis mos servandus in escis.
At non haec homines invisit gratia cunctos,
Ut mensae vixisse sciant; quia vivere mensa
Pluribus accedit, sed mensae vivere, paucis.
Quapropter multi, quando subiere penates,
Quos penes enituit urbanior usus edendi,
Cum monstrare nihil in se laudabile scirent,
Pocula dedecoris calicemque bibere pudoris,
A ritu dicti modicum differre ferino.
Si quis ergo volet scius aut urbanus haberi,
Nec quasi chorda lyrae, sic discordare; memento,
Quid vetet ac fugiat, quid postulet atque requirat
Mensa, nec ut stolidae ruditatis ducere ductu.

---

v. 25. cod. *fatetus.*
v. 27. cod. *comput at* corr. *e t.*
v. 28. cod. *tm̄ que,* erasa litera vel una vel duabus.
v. 31. fortasse ante *Denique* aliquid excidit.
v. 33. cod. *didisset.*
v. 43. cod. *volēs.*
v. 45. cod. *v atat at* corr. *v e.*
v. 46. *ducere* a sorbendo (ducere pocula) traductum videtur ad omnem ciborum haustum, ut verbo ludi posset *ducere ductu.* infinit. *ducere* referatur ad vb. *memento.*

Cum venit ergo Thetis manibus fundenda lavandis,
Mensarum quae primus honor, quicunque laboras,
Ut domino placeas, cuius conviva vocaris,
Non te praetereat, pelvi, quae suscipit undas,
De manibus domini celeres immittere palmas
Pollicibus iunctis; sed, si mage cesserit illud,
Praetenta gremium mantilis parte tueri,
Et velare sinum, ne stillae crebra cadentis
Offendat maculis dominas iniuria lanas,
Foedaque consignet mundis vestigia pannis.
Hinc et tu mundare manus; sed tentius ante
Laveris, et studio vigili perspexeris ungues,
Expulsis, si quae parebunt, sordibus, ut tunc
Non sit opus longo multumque morante lavacro.
Interea iam sedit herus, mensamque latere
Nix extensa super, denigrans lilia, iussit.
Hic certe facienda tibi distinctio. nam vel
Convesceris hero sibi consecutellio factus,
Vel quemcumque parem tibi nanciscere sodalem,
Vel si persuadeat locus et res, tempus et ordo,
Nympha tibi iungenda subit. non omnibus idem
Servandus tenor est: domino reverentia, tanquam
Maiori danda est; socio dilectio, tanquam
Aequali; nymphae iocus atque facetia, tanquam
Intuitu vigili nos nostraque facta probanti.
Hic gravis et stabilis, illic mediocris, at illic
Melleus alloquiis, et comptus gestibus esto.

---

v. 50. gloss: duae sunt pelves apud dominum. — Sed verum non puto. conviva pelvim de manibus domini accipit, i. e. post dom.
v. 52. cod. *cederit*; puto praeterea scribendum, *sed sic — illud*:
v. 60. f. *longe*.

Hic Cato, Pirithous illic, ibi Naso vocandus,
Mutandusque tibi, iuxta quod quisque requirit.
Ecce Ceres, vitae robur, iocunda ciborum
Cunctorum coniunx, sine qua cibus et sapor omnis
Degenerat, paribus coram portata canistris
Prima venit, grata visu, mage grata sapore;
Dicta quidem panis, a pan, quod denotat omne,
Omnia namque praeit invitatoria gustus;
Cum nihil est, quod eam positis praecedere mensis
Debeat, aut ipsa prius in commune locari.
Maxima nunc inimica famis, quo munere reges,
Quo populus vivunt, et habent commercia mensae.
Haec tibi, si iuxta praedicta sedes Cato, ferro
Invadenda tuo, dominoque secanda; sedenti
Non tantum domino, cuius consessor es, immo,
Nimirum domino, qui cuncta dat, et sibi reddi
De donis volt dona suis. Hac parte ciborum
Placato, pulchre tractari fercula possunt.
Post Cererem quaecunque volunt allata secari,
Obsequium praestabis idem. tunc cedere ruga
Et properare fugam contracti cogitur oris.
Maiori iunctus quanto propioris habebis
Maiestatis onus, tanto tibi plura cavendum
Esse scias. illud Senecae tamen usque memento:
Qui nescit reticere, loqui non norit habere.
Debet lingua modum, ne facta profusio vocis
Delirae valeat dici ructatio mentis,

v. 74. cod. *Perythous*.
v. 84. fort. *namque*.
v. 85. cod. *viunt*. fort. *populi*.
v. 97. cod. *semce*.
v. 99. cod. profucō.
v. 100. cod. *Dilire*.

Et fastiditum moveat cornicula risum.
Sed neque mutus eris, turbas imitando silentum,
Pythagoraeque scholas; immo, ne nulla loquendo
Suspectus, nimia fias despectus abhorre.
Quid nihil et nimium, si quaeris, qualiter, audi:
Nec nimius verbis nec nullus haberis et aequum
Inter utrumque modum, sub quodam dirige neutro.
Si vero magnus fuerit summeque verendus
Personatus heri, nisi verbum forte rogando
Proliciat, nunquam tua pandas ostia voci.
Hoc quoque turpe nota: Si, dum vaditque reditque,
Oris serva manus in disci parte morantem
Assequitur dominum, manibus scutella duabus
Intrari pariter, quamvis sic ampla, recusat.
Sustineas igitur, donec compleerit herilis
Dextra viae causam, digressa parapside; tunc tu
Mitte tuam revocaque manum. cedetque decori,
Exspectare parum; maior condire venustas
Assolet acceptas intervallariter escas.
Nec tibi continuo placeat defigere visu
Fercula, ne nimium videaris avarus in illis.
Quin immo, laeti passim spatientur ocelli,
Non alias circa contentum vasis ituri,
Quam quando ducenda manus, ducendaque certo

v. 101. cod. *nisum.*
v. 107. Aliquid excidisse videtur; nam audacius fuerit ita corrigere; *Ne nimius verbis nullusve habearis et aequus Inter utrumque modum, sub quodam dirige neutro.* i, e. disce alicuius exemplo, qui neutro peccat.
v. 110. cod. *Perliceat*, vel *Proliceat.*
v. 119. cod. *interscaliter.*
v. 121. *avarus* a gloss. superscr. fort. *ne nimium mergi v. i. illis.*
v. 124. *ducendaque* induct. a gloss. et superscr. *moranda*. fortasse volebat *motanda*, sed ut prius *duc*. expleret, *Quam quando motanda manus.*

Semita proposito, cuius ratione sedetur.
Sed neque sulcandis manus est praestanda capillis,
Haud intromittenda sinu, quam colluit ante
Hac ratione Thetis, ne sordida deroget escis.
Videris et, quando mensam sessurus adibis,
Ne quis forte pedum tunica senarius erret,
Prandia qui turpi contristet herilia voltu,
Inque fugam motos verti compellat ocellos.
Vidi, mutandos sera cui servabat amictus.
Huius erat semper mensarum tempore vestis
Munda, decora, recens; alias communior ipsum
Ambibat pannus; nec causa rei fuit huius
Ambitio, ratiove superbia; sed quia cavit
Ne qua veniret ei comes invidiosa sedenti,
Occultos in veste trahens turpissima gressus.
Si potes antidoto tali succurrere, tali
Antidoto succurre tibi; si non, potes ante
Clam tunicas cognosse tuas, post iungere mensis.
Quid referam, quam turpe genas extendere stlopo,
Pressuram generante cibo penetralibus oris,
Et nescire molae commensurare molenda;
Cum sit idem facere sic, ac extendere pennas
Maiores nido, nec metam ponere voto.
Sunt, qui Volcano nondum dimissa sequente
Fercula degeneri proturbant turpiter ore,
Aeoleosque cient, Satyri miracula, folles,
Indomiti perferre moram, quae fercula parvo

---

v. 138. cod. *venieret.*
v. 149. cod. *perturbant.*
v. 150. cf. Avian. Fab. XXIX., in cod. nostro, ordine mutato, Fab. XXVII; qui vs. 7. exhibet, quod ex coniectura reponere volebat Kannegieter, *Adspexit*, non *adspiciens*, ut ceteri libri.

Temperat articulo; sed tu quocunque locorum
Veneris, informem fuge consuetudinis usum.
Idem, si casu positos iniuria potus
Attigit, inque scyphos aliquid, quod pocula turbat,
Venerit, ut iaciant, ventis utantur eisdem.
Hoc tu vel calamo, vel mundi fragmine panis
Proiicis. Os comedat tantum, bibat atque loquatur.
Et satis hoc; licitumque sibi nihil aestimet ultra.
    Est, quando danda proficiscitur esca palato,
Et cadit, intrandos illudens oris hiatus.
Id tu, si pudor est, ita ludificabis, ut olim
Calvus eques, capiti solitus religare capillos;
Admixtisque iocis poteris vel tale vel illud
Dicere, quod veram culpam, si culpa, piabit:
»Quadrupes in plano quandoque cadit pede sano,
Non mirere, bipes, si labitur ergo tibi pes.«
Nec sic collapsam, quamvis dilexeris, escam
Restitues disco, vel avari dentibus oris
Procedens tribues, ne culpa priore paretur
Posterior, fiatque pudor de simplice duplex.
Sed si sanandi vis volneris esse chirurgus,
Sit, quasi non fuerit, iaceatque procul, quasi non sit;
Surgat et amissos iam non rehabebit honores.
Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Cum sic accideret cenanti cura, levarem
Aut non, elapsam pretiosi segmatis offam.

---

v. 154. cod. *iniura.*
v. 156. cod. *iaceant.*
v. 158. cod. *Proicis.*
v. 163. cf. Avian. Fab. X., 1., in qua cod. noster vs. 9. ita habet: *Ille sagax mentis, qui visus militibus esset.*
v. 174. Fort. *Oris et am.*, vel etiam, *Gurgitis am.*
v. 176. cod. *acciderit.* Fort. *cenanti dura.*.

Cum sapor hoc, illud mensae suaderet honestas,
Hoc gula praeciperet, illud reverentia nollet.
Victa tamen ratione fames, cessitque pudori
Utilitas, mihi mens, menti gula, turpe decori.
Sorbile si dabitur, gallinae filius, ovum,
Non vesceris eo, quo naves more Charybdis
Imbibit, aut quando sumis, respondeat echo,
Detque gula strepitum querula reboante tumultus.
Sit tua cauta tibi, sit muta comestio; muta,
Ne deforme sonet tracto spiramine; caute,
Ne distillando damnis sit origo duobus,
Foedando quod migrat iter, minuendoque semet.
Haec inter tibi si facienda screatio fauces,
Vel tussis pectus, vel sternutatio nares
Occupat, aversus tibi ne sponte fatiscat;
Nec totas illi, quod sic occurrit agendum,
Permittas vires, nec, pleno currere velo
Quod cupiat, facias . quia commollitio talis
Excusat, quod erit non evitabile factum,
Et veniale facit, quod sic erat esse necesse.
Cuncta quid enumerem, quibus aut laudandus omissis,
Aut factis culpandus eris? Modus ipse sedendi

v. 181. cod. *deco r a* corr. *r i.*
v. 185. cod. *Dentque* — *roboante.*
v. 187. Fort. *cauta.*
v. 188. cod. *fit.*
v. 190. *tibi si* a gloss. superscr.
v. 191 et 192. inverso ordine cod. habet; notavit gloss. ordinem verum literis *a b.*
v. 192. versus vitiosus . *a* in *aversus* a manu recenti est in rasura, ut magna huius folii pars est . in margine *quasi*, quod post *ne* indere iubemur . valde friget istud *quasi*. *Aversum* videtur substantive dicere τὸν δεῖνα. Fort. *Aversus tibi ne, cave, sponte fatiscat* . cod. *fatisfat.*
v. 194. cod. *Permictas.*

Enormis peccare potest, crimenque iacendi
Incidit ex facili nimium sua commoda quaerens.
Oblatos aliqui, quasi non esset pudor, ausi
Olfactu temptare cibos et nare magistro
Consultare palam turpes meruère vocari.
Persuadetur enim foetoris iniqua molesti
Suspicio, quotiens rimator fercula nasus
Castigat; sed suspicio quaecunque fuisset,
Debuerat cessisse prius, nec adusque sedendum,
Ut coram fieret, dilata fuisse; probatas
Nare, licet vescas, stomachus clam nauseat escas.
Quidam, si piperis capiunt in flumine pisces,
Aut in salsarum tingunt acumine carnes,
Plus digitis, quam pisce bibunt, vel carne liquoris.
Hunc ego, quisquis is est, etiam si rustica quaevis
Dat sibi mensa cibum, quae nil curabile curat,
Non magis esse velim me, quam qui candida rodit
Principis ad mensas ambesis carnibus ossa.
Sed quicunque velit nullos offendere visus,
Quam decalvato non vellet in osse morari,
Tam detestatur digitis haurire, quod aptus
Confecit riguo collectum Simulus horto.
Sed neque pane, licet dignissimus ille ciborum,
Hauriat hac sola factos ratione liquores,
Ut iungantur eis, quorum ratione parantur.
Hic iam, ne turpes generet xerophagia rictus,
Bacche veni, veniasque, liquor lenissime, rorem

v. 201. cod. *Insidit.* corr. *Inc.* Fort. *Inlicit.*
v. 213. cod. *liquores.*
v. 219. melius post vs. 221 veniret.
v. 221. cod. *rigido* — *orto* et *sumulus.*
v. 225. cod. *cerophagio.*
v. 226. an: *venias, Liber,*

Impertire tuum; sine te nec gratia mensis,
Nec pretium dapibus, sed deturpata voluptas,
Et facies tristis, et nubila cellula mentis.
Bacche veni, deus alme, veni; quid carcere tardas?
Inque scyphos, perfunde cibos, illabere venis,
Et duplex operare bonum . nam colluis escas,
Cordaque maestitia discussa nube serenas.
Bacche veni, cos ingenii, lumen faciei,
Sol animi, cornu Codri, lenitor acerbi,
Proscriptor maesti, venator amoris, amator
Laetitiae, derisor opum, contemptor honorum,
Aequator rerum, dulcis mixtura bonorum,
Mite refrigerium, bona dos, pincerna iocorum,
Lingua poetarum, pugilum pugil, aurea de quo
Mortua conqueritur, quod te non viderit aetas,
Inque dies nostros vellet dilata fuisse,
Ne dici magni potuisset muneris expers;
Inproperatque Noae, quod non surrexerit in se,
Unde datum nomen esset sibi filius auri.
Annuit, et rutilo saliit lascivus in auro,
Naiade limpidior, musto fragrantior ipso,
Quo pausat lecto . Selectior advolat ergo,
Porrecturus hero pateram, qua vina resultant,

---

v. 228. cod. *dubibus* — *voluntas*.
v. 231. cod. *ciphos* ubique . fort. *Atque scyphis*.
v. 235. cod. *linitor*.
v. 239. cod. *Mitte* — *loocorum*.
v. 240. cod. pigilum.
v. 248. Aut fallor, aut hic quoque poema truncatum est . Nam, *quo pausat lecto* aut non addendum erat, aut continuanda oratio, nec tam repente veniendum ad herum, cui selectior verna vinum ministrat. Priora enim ita intelligo: Increpanti aetati aureae Noa annuit, vinoque, quo lecto pausat, sibi indulget.

Vernarum casu quicunque paratior unus.
Huic tu, si sapias, sceleri praeveneris, aptus
Obsequio, calicemque prius, quam sumpserit ipse,
Sustuleris; nunquam nocuit servire paratis.
Quando mercedem probitatis perdidit unquam
Officiosa manus, nec fructum messuit, ex quo
Principibus placuisse viris et provida novit,
Et studuit prompta? Sed quid, cum pocula sumpta
Libat herus? Perstabis edens sicut prius? Absit!
Servitium non est vitium, sed digna potestas.
Unde scio, quod servitio relevatur egestas.
Summis namque tibi digitis mantile tenendum,
Inque sinum domini cuncta ratione trahendum;
Scilicet, eximius ut filius ille voceris,
Qui nudata mero, quod sumpserat amplius aequo,
Posteriora patris obduxit tegmine vestis;
Ipseque commonitus potum castiget, et ausus
Ultra quam liceat, nisi castigetur, hiatus.
Nec fer, ut a longe post pocula sumpta Lyaei
Dimissura scyphum manus extendatur herilis;
Impiger utrisque palmis occurre, viamque
Plus mediam concisse sibi . Bibiturus abinde
Indulgere gulae noli, nec viribus haustum .
Commetire tuis fas est . iterata queretur
Nam plene satiata sitis; modicumque caminis
Norit adhuc superesse suis; quod si licuisset,
Exstingui poterat; sed sic reverentia cogit,

---

v. 251. cod. *haec.*
v. 262. cod. *iuncta.*
v. 268. fort. *a longo.*
v. 271. fort. *conscinde.*
v. 274. cod. videtur habere *Non.*

Constringitque pudor, propter quem saepe recedit
Utilitas, claudoque trahit vestigia gressu.
Quis nescit, quod summa prius detergere labra
Mos habet, et ratio persuadet, et exigit usus?
Notus honor talis urbanis coetibus. Ac si
Villanis differre velis, et scire videri
Quod non quisque sciat, micam potare paranti
Praemittas ori, cuius res officiumque
Haec erit, ut lentis in limine trita palati
Dentibus exsiccet oris mundetque penates,
Efficiatque dei gratis adventibus aptos.
Nunc tibi Pirithoum, Theseu, iungemus, et aequo
Os ori, mentem menti nectemus amore.
Cum similis simili convescitur, esca saporem
Libertate capit; longe dulcissima, quae nec
Maiestate premit, nec pondera librat honoris,
Cum modo colloquium, modo colloquii comes audet
Misceri risus, et in eius foedera semper
Res iurata, iocus, vernantibus apta diebus.
Sed cum praeceptis ferme nitatur eisdem
Iste priorque modus; (quis enim subiectus amico
Non volt esse suo, dando devotus honorem?)
Non refert verba super hoc extendere puncto,
Presertim cum nemo sciens, quidnam sit amicus,
Nesciat, obsequio quali retinentur amici.
Pauca tamen, forsan paucis incognita, dicam,
Comprendens brevius aequalis foedera mensae.
In mensa domini vox est solius, et eius,
Quem sibi constituit disci pateraeque sodalem,

---

v. 283. cod. *portare* induct. r.
v. 288. cod. *unc* spatio primae literae relicto.
v. 298. Superscr. a gloss. *velit*, quod praestat.

Si tamen es socius mensae, potes esse loquendi;
Sed modice; licitumque tibi tecumque sedenti
Verborum conferre vices. at nulla susurris
Esse loquenda scias. igitur quodcunque loquaris,
Propatulum fuerit. suspectos esse susurros
Hoc cogit: quoniam iurantur furta susurris,
Conflanturque doli, fraudesque feruntur in unum,
Et conspirantur dandae per volnera mortes.
Baccho stante prior attollere pocula non sit
Mensis cur dubites; sed praegustare Lyaeum
Non sit, cur cupias, nisi voce iubente sodalis;
Ipse tibi potando prior, sed in accipiendo
Posterior, quamvis in re praecessor haberis;
Quando ministeria fuerint expleta, sequutor.
Quod si lege loci sic sederis, ut tibi longe,
Non longe a socio Bacchi praesentia distet,
Non eris expressa crateris voce petitor;
Quem tunc ordo dari tibi, cum nequeas dare, mandat.
Sed sicut milvi circa prosecta volatus,
Sic tua periphrasi fiat mandatio, quod non
Praecipiti vox importet subitanea verbo,
Sed tegat affinis modicum nubecula voto.
Forma sit haec: Laudare potes sub fluctibus altis

---

v. 311. cod. *Haec.*

v. 312. *feruntur* superscr.

v. 314. gloss. *non est, quod tu dubites prius levare poculum de mensa, et non est, quod cupias prius bibere, quam socius tuus. imo tu debes prius levare et dare socio tuo, ut ipse prius bibat. sed tu praecedis in re, i. in levando vel iudiciis.*

v. 328. *Forma* compendio scripta est, quod proprie solvas *Forra.* glossa recens recte explicat, *persona;* est enim quaevis species et phantasma.

Primates pisces multumque vocare beatos.
Dixeris haec; socius si, qua ratione, requirit,
Infer: Habent etenim, quoties sitis exigit, undas,
Et sua placare possunt incendia pransi.
Aut aliter . quodvis animo praeconcipe festum,
Et quantis ab eo distat, scitare, diebus.
Hoc ubi responso cognoscis, eo tenus, infer,
In quo stat, stabit, perstabit et amplius ipso,
Nec nisi porrectus veniat nos visere Bacchus.
Haec te sub quadam sermonis veste loquentem
Quis dubitat pateram distantem poscere? Quod tunc
Obsequium veniet, veniat ridenter; amicis
Forsitan ex illo succrescet origo iocandi;
Scilicet, ut Libycus dicaris protinus Hammon,
Qui cithara voces, nec apertum dantia votum
Verba seras, Phariusque nihil distabit Anubis.
Et tunc quando bibis, nequaquam respice circum.
Nulla tamen, nisi cum vacuo pausaverit ore,
Pocula praebebis; etenim tibi praebita sumes.
Nec tamen invades, donec quod adhuc teris ore,
Traiicias ventri. Nunquam debere repelli
Quicquid praebetur, mensas generale per omnes,
Ne contemptorem contemptus culpa sequatur.

---

v. 329. fort. *pinnatos.*
v. 330. fort. *Dixeris . hinc socius.*
v. 334. fort. *distet.* cod. *citare.*
v. 335. cod. *cognostet — inf÷* i. e. *infest.*
v. 337. fort. *veniet.*
v. 339. fort. *dubitet.*
v. 343. cod. *cithera vocis.*
v. 344. cod. *Fareus;* sed *F* a m. rec., et videtur fuisse *ph.* gloss. explicat *facundus* . it . *anubis*, i. *mercurius*, *quia voluvit ad nubes etc.*
v. 349. cod. *Trahicias.*

Ista tamen multas submersit Scylla carinas,
Simplicitate viam plus quam ratione sequentes.
Nec tu per blanda disci commercia turpi
Curre latrocinio, nec segmata macra sodali
Apponas; ea des, tibi quae dulcore palatum
Conciliant, meritoque sui dulcore lucrantur.
Quin potius, si quid exuberet, imparitatis
Segmata sint socii iubeas; tua nolit haberi
Ambitiosa fames, ut se respectibus aptet.
Regna tenet gustus, ferclorum kyrios, ad plus
Lata tribus digitis; et nos, sapientia, tantis
Ardemus studiis, quibus ob tam pauperis unum
Imperium regis argentum, corpus, amicus
Perditur, obruitur, offenditur? Exeat illud
Morsellus regnum, fiatque quod unus et alter,
Nec vincat solidis tribus emptum, quod stipe venit!
Supremum, comedens cuius in foedera transis,
Nympha subit, lampas animi, formosa studenti
Pagina naturae, lux et decus addita mensae.
Huic iunctus quid agas, caveasve videre memento.
Sed venit haec animis ultro sapientia, cuius

---

v. 356. cod. *saporem* inducit et superscr. *palatum*

v. 358. cod. *ne quid — imperaitatis.*

v. 360. fort. *et se.*

v. 362. cod. *etno* appicta post *o* litera vel *s* vel *n* vel *h*. Legam *et, proh sapientia*; eadem sententia . Posses etiam, *non sapientia:* Gustus regna habet tres tantum digitos lata et non sapientia, quamquam de sapore iudicat . decet hic lusus istud ingenium; sed apodosis pessumdatur, quae a *tantis* vix incedere potest.

v. 363. *obtam* corr. ex *optam*

v. 364. *regit* ex corr. fuerat, nisi fallor *regis.*

v. 366. cod. *fietque*

v. 371. cod. *caveas ne videre mem̄* superscr. *e t t o*

Dictator lascivus amor; quapropter et ipse
Verba premam; quivis suus est hac arte magister,
Nil doctoris egens. Quis enim cognovit amorem,
Munera non novit teneris praestanda puellis?
Ne truncata tamen coeptae descriptio mensae
Deroget auctori, libet hic non sistere, verum
Principio finem, capiti subiungere caudam.
Virgineo lateri, quantum reverentia praestat,
Esse potes salvo vicinus honore, tamen non
Esse premendo gravis; et quamvis ipsa sedebit,
Tanquam sede satis ipsi parcente quereris,
Non bene, non apte, non ut sit digna sedere.
Tum vel pusillo clunes, vel crura levato,
Supposito te teste nimis pendentia scamno.
Hic tibi curetur hilari promptoque placere
Obsequio, dominaeque pios conscire favores.
Hic tibi ridendum, sed non nimis, hic tibi quicquid
Dulce retractandum, quicquid delectat agendum
Verborum morumque favis. Fuge stulta, nec aude,
Rusticitas intrare domum, vel tangere mensam,
Fercula quae iuncta delibat Naso Corinna.
Cede locum, ruditas; tibi quid commune cibis est,
Quos condire decor et pigmentare faceti
Gratia moris habet? ubi si sine gestibus audet
Convescens aliquid aut sumit, gratia certe
Accipit occasum patiturque facetia fatum.
Paulatim tandem cordi rorante Lyaeo

v. 373. cod. *lacivus.*
v. 390. cod. *dilcāt.*
v. 392. *rusticitatis* induct. *ti.*
v. 397. cod. *sumat.*
v. 399. fort. *irrorante.* Sed videtur id aevum omnem elisionem fugisse.

Laetitiam, rosulasque genis, et verbula linguae,
Fas tibi verborum voltus ad ludicra quaevis
Inclinare scias, teneramque cupidinis aurem
Vellere, promendo delectatoria quaedam,
Quae teneros audita iuvant tacitaque perurant
Auditus facula cum titillamine mentis.
Haec explanando tibi non illumino; nam tu
Quod non aure capis, acie rimabere mentis.
Totus in exemplo mundus iacet, et tibi non est
Scire, quod auriclis tribues muliebre tenellis.
Multa quidem dici poterant, sed carminis hora, —
Singula si dicam; inopem me copia fecit.
  Quaeris, an expediat, discorum munera toto
Evacuare tenus, desiderioque volentis
Non obstare reat male. Sed respondeo, Non sic;
Cum sit honestatis victoria, parcere parti,
Quae mox ad mensam migrat translata minorem.
Ac inclinati grates excelsior ipsa
Demonstrat capitis, dulcis dape dulcis honore.
  Hactenus in mensa verbis animoque moratus.
Otia iam ludique vacant. praesentia venit
Accipienda coci; manuum collutio, sicut
Sumendos praeiit, sic sumptos rite sequatur,

---

v. 401. fort. *cultus*.
v. 402. cod. *teneraque*.
v. 405. cod. *focula*, corr. glos. *facula*.
v. 411. *fecit* superscr. inducto, *quaedam* . quae vox erepti versus, quem sententia requirit, testimonio servata esse videtur.
v. 414. cod. *reor*.
v. 421. marg. *vel Aspicienda* . cod. *quosi* superscr. gloss. *coci*, qui addit: *Hucusque satis dixi de facetia mensae . sed postquam comestio facta est, cocus venit ad praesentiam domini, ut solent . tunc ablutio manuum* etc.
v. 422. cod. *praetiit*, inducta *t*.

Non spernendo cibos; sed non generaliter; unum
Quippe requirit herum, qui tanto praerogat, ut sit
Solius ipsa sui, neque ni iubeatur ab ipso.
Postremas has tangit aquas quicunque minorum.
Inde vale dicit surgens maioris ab ore
Procedensque calix per quoslibet ordine, donec
Astantes biberint et cum maiore ministri.
Hoc ipsis quasi servati retributio quaedam
Obsequii. sic mos inolevit; iure videtur
Deberi, typicatque rudem, quae mandat abire
Toto curatae famulantes tempore mensae.
Si tamen ista secus, (nec enim mos omnibus unus
Contigerit); me de falso non argue, qui non
Omnia, quae menti poterant ocurrere, dixi.
Nec mores, iuxta quos fit mutatio, novi.
Sum verum pro parte rei maiore locutus,
Doctoresque meos, quos re sequor, ore secutus.

Explicit phagifacetus.

---

v. 427. cod. *ipso*, sed induct. et superscr. *ore*.

Haec Godefridus dulcia fidus metra peregit.
Inque Lubecae bibliothecae codice legit,
Qui doctrinae sub Catharinae lege scolares
Temperat ore, vocans rudiore a more polares.
Quodque probavit ea emendavit, et haud male lusum
Sic praefatus et ultro imitatus tradit in usum.

Christe, regis qui nos, in me sensus rege quinos;
Custodemque datae vitae mihi, supplico, da te;
Hostem, ne sua vis noceat, rex pelle suavis,
Nec queat hac veluti victor gaudere vel uti.
Irrita fraus sua sit hosti, mihi qui mala suasit.
Ac modo ne sua det maculam, quam fraus mihi suadet.
Quae si praecessit, per amicas dempta preces sit.
Hanc a me dele placidae virtute medelae.
Non quasi vecordi mihi sint mala sanave cordi,
Quae tua vult, eadem mihi lex, ut salvar eadem.
Alme, nefas adime mihi, spiritus, intus adi me.
Intus adi mentem, mala te sciat haec adimentem.
Te mihi non adimas, tenebras ne mittar ad imas.
Hac pius a morte me tollere cogat amor te.
Saepe redi mendas peccaminis ad redimendas.
Fac, ut ali mentis merear quae das alimentis.
Me tua quae decor et decus est, doctrina decoret;
Munera, qua terna tua consequar atque quaterna.
Eximis a duris cor flagitiis, quod aduris.
Sentis amature, te cor quae non amat, ure.
Mundi nunc amo rem, mihi da virtutis amorem.
Te necis a dirae merear lue tutus adire.
Sis, pie rex, mecum, parat hostis laedere me cum.
Sana me, rea tu qui mundas corda reatu.

---

v. 14. cod. *hanc*.
v. 19. Sic cod. an *quod?* ure cor, quod te non amat, o tu qui sentis amans futurus es?

Christus, welcher uns in Noth stärket, bewahr' uns vor Unsinn.
Er, der Behüter des Lebens, die Gabe des Lebens behüt' er.
Listige Feindschaft, hemme mein Heiland, welche der Feind schafft.
Daß er nicht siegreich bleibe, verhindr', o König, an Sieg reich.
Immerhin lock' er; du siehest die Schlingen und machst sie uns locker.
Schändungen, welche sein Trug sinnt, zeige mir, daß sie voll Trug sind.
Siegt der Versucher, den Sieg des erhörten Gebetes versuch' er.
Was in mir krankt, das heile, und wend' es zum ewigen Heile.
Laß nicht bethören das Leere; das Hehre zu hören mich lehre.
Sei dein Gebot mir Gebot, das seelig zu werden gebot mir.
Heilige, heiliger Geist, mein Innres, zum Guten erinnr' es.
Innerst erinnre den Geist, daß der Geist entsünd'ge das Innre.
Sei mir ein starkes Geleite, damit ich zur Hölle nicht gleite.
Wehr', o Liebe, den Stricken, die ewig zum Tod uns umstricken.
Reuig zu sühnen die Fehle, dein Beistand nimmer uns fehle.
Aller Befleckung wehre, die Speise des Lebens gewähre.
Daß die geziemende Zierde, die dein Wort zieret, mich zierte!
Obdach fänd ich in ihm zweifach vor Stürmen und dreifach.
Herzensverhärtung erweiche vor Härtung der Straf' und entweiche.
Geißle das Herz, das lieblos äußere Liebe sich lieh blos.
Lasse der Liebe zu Schemen aus Liebe zur Tugend mich schämen.
Aus der Verwesung Reich in das himmlische Reich mir die Hand reich'.
König der Frommen, dein Rath mag im Kampfe des Feindes mir frommen.
Sündenträger der Welt, o mache zu Sünden träger.

Et recto mea tu duc ad te vota meatu.
Omnis honoratae legis datus est honor a te.
Spesque timoratae mentis venit et timor a te.
Laus soli detur tibi, per te pax solidetur.
Hanc in me sere, nam mentem fovet ipsa serenam.
Quos genui, domine, serva foris atque domi, ne
Te perdant; hos te metuentes aufer ab hoste.
Prae me ditati scelus in me praemeditati
Sunt; preme ditatos spolia in me praemeditatos.
Ad dominum pro me, pia virgo, precamina prome.
Qui tibi prae caris cunctis dat, quanta precaris.
Matris enim ius te iuvat hunc prece flectere iuste,
Qui tener aetate sub te lac suxit et a te.
Per te reginam me semper posco regi, nam
Spes miseris es tu; vetito fac solvar ab aestu.
Blanda, preces sere, nos deus ut det mente serenos.
Nos ut amatores legum det, quas amat, ores
Rex, qui nos beat, o sancti, me fine beato
Salvet; ut hoc velit is, omnes orare velitis.
Quodque peti totae gentes cupiunt, petitote,
Ut placidum se det nobis deus et mala sedet.
Fili, me mento canum docuisse memento.
Sollicita vi vis si recta sequi, bene vivis.
Quae tibi do, mando, cole dogmata, corda domando.
Iussum non grave do; sit in hoc tibi nulla gravedo.
Quos tibi do centum, lege versus, atque docentum
Scripta peritorum, quia fructus non perit horum,
Dogmata legitima ubi mente sagax legit ima.
Torpet, ait Cato, ni studeat mens . crede Catoni.

v. 33. cod. *spoliis*.
v. 52. cod. *u* superscr. *i* i. e. *ubi* f. *si*.

Himmelspfleger, o sei für die Wünsche der Frommen ein Pfleger.
Reicher Bewahrer der Gnaden, bewahre vor Kummer in Gnaden.
Kann doch in Furcht vor Schaden, wenn du willt, keiner uns schaden.
Dir sei Preiß in der Höhe! das Banner des Friedens erhöhe.
Friede von dir uns umwehe, so fliehet uns Kummer und Wehe.
Die ich erzeuget, in Frieden und Heer, bewahre sie du, Herr.
So sie dich fürchten und wahren, wirst du vor dem Feind sie bewahren.
Uebergewaltige ringen, verbrecherisch mich zu umringen.
Wältige, die den Geringen nach Beute begierig umringen.
Heilige Jungfrau, bitte für mich bei dem Herren, und führ' mich
Ihm zu, welcher, o Werthe, noch all dein Bitten gewährte
Ewig gerecht; denn die Lust der Mutter zu kränken wär Unrecht,
Da du gepflegt an der Brust der Mutter zu tränken, der dich pflegt.
Immer, o Königin, will ich dir folgsam dienen und willig.
Du mein Hoffen im Leide, das böse Gelüst mir verleide.
Himmlische Magd, o bitte für mich, daß der Herr mich getrost macht.
Bitte, daß seinen Gesetzen wir tückisch uns nie widersetzen.
Vor Gott hin tritt, flehend für mich um seeligen Hintritt,
Heiliger Chor, den Gott zu der Sünder Vertretung sich auskohr.
Bitte, worans wohl allen gebricht, die Gebete wo lallen.
Daß sich der Herr in gnädiger Weise uns gnädig erweise.
Weiß ist, merke mein Kind, dies Haupt, das lehret, was weis' ist.
Wahrst du dich weise vor Hast, so erreichst du, was weise du vorhast.
Nimm für gewiß an: du fällst, du legst denn den Lüsten Gebiß an.
Leicht nur lastet das Joch. Auf, laste dir heiter das Joch auf.
Verslein funfzig mal acht; geh, lies sie, und nimm sie in Obacht.
Lerne die Sprüche der Weisen, sie werden sich fruchtbar erweisen,
Wenn du nur über den Tiefsinn stets nachdrücklich und tief sinnst.
Urtheil, spricht Cato, lisch aus, dann bist du katholisch.

---

53. Süßer noch als Muskat, o Thätigkeit, bist du nach Cato.
Länger noch als Brocat, o Ehrlichkeit, währst du nach Cato.

Qui domino se dat, sibi summa pericula sedat.
Huic dare se nescit homo, qui de labe senescit.
Regna dei, quae res omnes superant, tibi quaeres.
Nec sterili spe res mundi tibi profore speres.
Scripta legenda teres, teneat ne lubrica te res
Provida verba seres, addat verbis bona se res
Quam superare nequis, suadet mors impia, ne quis
Iactet se pulcrum, cui restat triste sepulcrum.
Prospice, ne fando mala pecces ore nefando.
Perdere ne potum praesumas more nepotum.
Stulte ne potes, quia cernis egere nepotes.
Damnant se, postquam defecit copia, post quam
Stultos novisse damnis coepere novis se.
Non cum thenensi tua tu potore tenens i.
Prodiga thenenses fallit male bursa; tenens es.
Tutus adi gentem vitio se non adigentem.
Cautus abi gente vitio se non abigente.
Te procul a gente remove male semper agente.
Morum laude nite, nil vita valet tua, ni te
Emendes, vi te removens a crimine vitae.
Plebs ut amet fac te per amicitiae bona factae.
Fons venit a morum r[atione] odii vel amorum.
Illi quo minor es cedes, nec sperne minores.
Crede quibus prior es, hos te fore posse priores.
Cur plebi parvae consors spernis fore? par, vae!
Praeferri parvis, magnis consistere par vis.
Suffer opes parvas, luteis ollis homo par vas.
Non preme ius parvi, licet hic non sit tibi par vi;

---

v. 67. quid sit *thenensis* ignoro. an a *than* fictum, ut equites, trossulos notet?

v. 75. exesa membrana. sed aliud fortasse verbum subest.

Wer auf die göttliche Vorsicht baut, übt sicherste Vorsicht.
Wer sich an ihr nicht erbaut, bau drauf, daß er sicher auf Sand baut.
Trachte zuerst nach dem himmlischen Reich, dann bist du gewiß reich.
Was du an ird'schem Besitz für fruchtbar hältst, ist der Frucht bar.
Gründliche Bücher zu lesen gedenkt, sonst seid ihr verlesen.
Sinnige Reden verführt, doch nur, wenn die Rede zur That führt.
Die ihr doch alle zum Kirchhof fahrt, o meidet die Hoffarth!
Lächelst du, liebliches Wesen? Ein Tag, so bist du gewesen.
Halte die Zunge im Band; sie ist ein entsetzlicher Unband.
Wenn sich die Weinlieb' einstellt, daß dir der Wein nicht ein Bein stellt!
Sieh, wie die Schlemmer in Weinen zuletzt in Dürftigkeit weinen,
Wenn sie verpraßt das Vermögen; wie rasen sie, nun sie vermögen
Einzusehen die Lehre von absoluter Leere.
Spare bei Zeit; zu gesellen vermeid dich zu lockern Gesellen.
Lockern Gesellen gesellt wird bald sich die Börse dir lockern.
Gern tritt an bei denen, wo Fug sich gemüthlich mag dehnen.
Fern tritt ab von denen, wo Lug sich gemüthlich mag dehnen.
Lerne dich hüten vor denen, die frech beim Tadel sich dehnen.
Ringst du nach Lobe? Wohlan, dein Leben der Tugend gelobe,
Und der Versuchung Probe dein kräftiges Wollen erprobe.
Als Volksfreund dich erweise durch wirkliche Freundesbeweise.
Daß man dich liebet, dich haßt, du ganz in deiner Gewalt hast.
Bist du der Kleinre, so weich'; vor dem Kleinern jedoch dich verkleinre.
Bist du vor Andren voraus, so bedenk' Glückswechsel zum Voraus.
Meidet ihr Arme? der Tod preßt Reiche wie Arm' in die Arme.
Die ihr den Reichen umdrängt, hochmüthig den Aermeren umdrängt,
Eherner Topf wie irdener bricht, wenn Verwesung hereinbricht.
Beuge nicht, mächtig durch Vettern und Schwager, Gerechtsame Schwacher;

61. Ob sich die Brust schön wölbe, du sinkst in das Grabes Gewölbe.

Magnis et parvis licet hic non sit data par vis,

Si premitis parvos, magni premet ultio par vos.
Fili mi, noris pretii terrena minoris.
Dum cadis a vita, patrimonia linquis avita.
Aetatem viridem rege sic, puer esto, vir idem,
Annos, dum virides agis, instar mente viri des.
Rem facias ne, quam fingit se credere nequam.
Sperne malae dicta linguae, sit et haec maledicta.
Det, quod honoreris tua virtus, non honor aeris.
Labilis est honor is, brevis est status huius honoris.
Foedera sta tute legis servando statutae.
Lex pia quod iussit, tibi semper amabile ius sit.
Non via reproba te ducat sectae reprobatae.
Erudiant sacra te legis documenta sacratae.
Rite sacravere quae sancti, sunt sacra vere
Quae reprobavere iusti, sunt reproba vere.

Cuncta sacravisse docet alma dei sacra vis se.
Dona sacramenti prosunt sane sacra menti
Nec male vementi sunt congrua sanave menti.
Christus agi tantum bona vult bona dux agitantum.
Hostis agi tantum mala vult mala dux agitantum.
Coge domi natum, timeat patris dominatum.
Qui bene patrissat, bonus implet iussa patris sat.
Si duce te tendit ad inania, sive tetendit,
Fert, tibi par, a te culpae sibi damna paratae.
Quae turbat iuga lis, fuge lecti, saeva, iugalis.
Prospera quae reris, quaedam nocuisse quaereris.
Coniugio te das? culpabis post breve taedas.

v. 85. *anita.*
v. 88. cod. *te.*

Sind auch die Recht' hier gleich für den Mächt'gen und Schwachen gar ungleich.
Kränkungen Schwacher im Recht durch gleiche Vergeltungen Gott rächt.
Wisse, mein Sohn, was die Welt darbeut, sind Mühen und Arbeit.
Machet die Erde dich fetter, verliehrst du das Erbe der Väter.
Setzt euch dieses Gesetz, wenn im Knaben und Mann sich die Kraft setzt:
Daß mit der Kräfte Beginnen sich kräftige Sinn und Beginnen.
Nie, was die Lampe dir gern beimäßen, zu thun sei vermessen.
Giftige Zungen veracht'; — o träfe sie selber die Reichsacht!
Achtung verschaffe dir Herz und Verstand, nicht Silber und Goldtand;
Denn auch die sichersten Wechsel erfahren gar schleunigen Wechsel.
Hältst du Gesetz und Statut, und thust was die ehrsame Stadt thut,
Bist du gedeckt; nun wohlan, so sieh das Gesetz als dein Wohl an.
Wie du wohl einst Manichäer geflohn, so flieh Manichäer.
Einzig der heiligen Schrift Inhalt sei Gesetz dir und Anhalt;
Dann, was die heiligen Väter verfaßt mit der heiligen Feder.
Doch, was mit Recht sie verdammten, das halt für das Werk des Verdammten.
Gott selbst ehret mit Kraft, was die heilige Kirche verehret.
Sacramente sind Gaben zum Heil, ist innen dein Sinn heil.
Wiederum Gaben zum Unheil, wann dein Innres ist unheil.
Christus der Herzog der Reinen will Reines nur Reinem vereinen.
Satan der Fürst des Gemeinen vereint nur gemeine Gemeinen.
Nie macht Wort' ein gehorsamer Sohn auf ein väterlich Machtwort.
Gut ausfällt das Erziehn, wenn der Apfel nicht weit von dem Stamm fällt.
Nährst du den Sohn mit Schalen, und Lust am Verkehrten und Schalen,
Büßt er dir gleich die Schuld mit Verlust, an welchem du selbst schuld.
Zank, der das eherne Ehjoch strämmt, hemm', eh er noch ausströmt.
Manches anitzt scheint gut, was du später beklagest als Scheingut.
Ehstand ist Wehstand; bald seufzt man: O stünds, wie es eh stand!

Taedia quae raris desint, ne saepe quaeraris.
Visne domi cellam super altam nunc domicellam?
Huic ni sis agilis, poterit tibi tristis agi lis.
Quae numero proba bis hera splendida terque, probabis;
Vix proba de centum numero manet una decentum.
Quae parit heredes tibi, vult sibi ius ut herae des,
Iussaque te nentis cogunt quasi frena tenentis.
Haec me reproba vi premit, hoc ego si reprobavi;

Si non ut vir ago, mea saevit sponsa virago.

Sponsae non domitae cum vexat lingua domi te,
Peste capi tali gemis, ut poena capitali.
Te cum sedisti, comit nova sponsa, sed isti,
Quae modo comit, eris vilis, licet hanc comiteris;
Non te sedisse lentum volet illa, sed isse.
Nec fora si lente petis, hoc feret ore silente.
Despice res istas steriles vitioque resistas.
Res mala re dempta meliore sit atque redempta.
Quem pia res urget, iustus post fata resurget,
Gaudia sunt ubi, quae dat rex, qui regnat ubique.
Est prope, mi nate, nobis necis hora minatae.
Mors irrepit, ita fluit aetas irrepetita.
Pauper ali quando petit, e[sse ei] des aliquando.
Incidit a bysso nam dives avarus abysso.
Utere lucrosis, turpi tamen absque lucro sis.

---

v. 112. Leg. *hinc*.
v. 113. cod. nō, i. e. *non* puto pro nūō i. e. *numero*.
v. 117. *vi* om.
v. 118. *senit*.
v. 120. gemus.
v. 122. *velis*.
v. 131. exesa membrana.

Drum, ein gemeinsames Leid trag still; du fändest nicht Beileid.
Wie du wol beugest der Hausehr' Herrschsucht, fragst du, als Hausherr?
Liebster, das gäbe gefährlichen Krieg! Viel lieber zu Kreuz kriech.
Fräulein, zwei, dreimal probhaltig, vielleicht noch behalt' ich.
Denn von hundert erprobten vielleicht, ist eine nur nicht leicht.
Die, weil sie Mutter geworden, gleich herrscht sie gebietrisch in Worten,
Und mit der Nadel regiert sie so stolz, wie die Herren von Adel.
Sprech ich zu dieser: Mein Leben, das geht ja nicht. — Hui, was ein Leben!
Droh ich nicht: Fürchte den Mann, Weib! Wüthet das Weib, wie ein Mannweib.
Wenn mir solch eine Braut im Haus' umtobte, wie Windsbraut,
Möcht' ich ja lieber für solch Unwesen im Grabe verwesen.
Einstmals, sagst du, so kraute die junge Vermählte dich; sahst du,
Die dich kraute, wie jetzt sie dich anglotzt, daß es mich graute?
Sitzen nicht jetzt, nein, ausgehn heißts, und lasse was aufgehn.
Nicht auf den Jahrmarkt führen? da wird sie ein Lärmen verführen!
Solch Unwesen bekämpfe, so sparst du die härtere Kämpfe.
Weise der Thörin edleres Thun, als Putzen und Schönthun.
Seine Gerechten beruft einst Gott, ihm zu treten zur Rechten,
Dort in Freuden zu wandeln, die nimmer veraltend sich wandeln.
Immer bedroht dich im Rücken der Tod, dich jäh zu berücken.
Unaufhaltsam enteilet die Zeit, bis der Tod dich ereilet.
Speise mit Worten nicht ab den Bedürftigen, heischet er Speise;
Denn von der Polster goldenem Grund fährt Geiz in den Abgrund.
Wer sich Gewinn sucht, gut; doch fern sei schnöde Gewinnsucht,

---

110. Mögen nicht Leiden, die alle erleiden, dein Leben verleiden.

117. Wenn ich ihr albernes Thun nachweis', antwortet sie nasweis.

123. Nicht jetzt sitzt sie und streichelt die Backen; jetzt kannst du dich packen.

Si sapias, oberis nulli spem dulcis ob aeris.
Tu nimis, o vilis, agri cupidus vel ovilis
Divite pro fundo baratro mergere profundo.
Quis furor amentes agit, aequo plus ut ament aes,
Et male parentes legi sine lege parent aes?
Quam poscente darem te, poscenti mihi da rem.
Quod tibi do laeto, non retribuisse doleto.
Dant bis, qui dant aes pro nuda nil prece dantes;
Et praecedemus pretium, si cum prece demus.
Fine petitorem data quae beat, hanc petito rem.
Hac pro re petito dominum voto repetito.
Lege dei si stas non, totam spem tibi sistas.
In dapibus crassis moriturus agas quasi cras sis.
Mutat spem fuga tam vanam de corde fugatam.
Quam nisi miserimus, trahit error quo miser imus.
   Arte fabri cari dum cara facis fabricari,
Profecturane scis, cui sint? qui crastina nescis?
Vita vigens vi tam fragili cadit, hanc pete vitam,
Quae nec obit nec abit nec quam vis ulla necabit.
Quis scit, ad hunc an nos plures complebimus annos?
Nescis, cras an te mors sit raptura vel ante.
Vitae si curtae memor esse velis, male cur te
Vivere non taedet, cum vita reum mala te det?
Tu pius [hunc, h]onor a quo provenit omnis, honora.
Igne cale, fias quo salvus, si calefias,
Summa petituri quo iusti cor petit uri.
Moribus emeritae vitae fructus eme rite.
Sic bonus a gente petitur bona fructus agente.

---

v. 151. *utam.*
v. 153. cod. *h* superscr. *c.* i. e. *hoc.*
v. 157. exesa membrana.

Die um den Klang des Geldes die Wittw' ausplünderte, galt es.
Doch, der du Aecker und Haus in den Hals schlingst, gieriger Geizhals,
Mitten in blühender Saat an packt dein Meister dich Satan.
Sagt, welch Wüthen euch treibt, daß zu weit ihr die Liebe zum Gold treibt?
Nicht im Gesetze verbleibt, wenn wider Gesetz nur das Gold bleibt?
Darf ich verlangen von dir, was von mir du möchtest erlangen?
Kam dir die Gabe zu statten, so denk' sie zurück zu erstatten;
Dann hat die Bitt' auch Geldung da, wo man fordert Vergeltung.
Doppelt so werth wird Gabe, wenn bald sie der Bitte gewährt wird.
Das nur erflehn würd' ich, was erbeten der Bitte war würdig.
Würdiges aber erbät ich zu dringenden Bitten erbötig.
Sag', wer Gottes Gebot nicht hält, woran er sich sonst hält?
Handl' auf dem Bett' des Glücks, als ob morgen du lägst auf dem Todbett.
Dann wirst sicher du nicht im Genusse des Lebens zu sicher.
Läßiger Sicherheit Trug schon manchen in ewigen Tod trug.
Der zu Palästen du Plan' entwirfst, dich stolz in die Brust wirfst,
Für wen baust du, da sicher du nicht auf morgen sogar baust?
Jegliches Lüftchen dies Leben zerbricht; sieh, jenes, das anbricht
Jenseits, markstark, fest, das nimmer der Tod dir wohl anfäßt.
Weißt du die Summe der Jahr'? ob nicht fortraffe dich dies gar?
Ob nicht morgen vorüber die Frist, dich heute der Tod frißt?
Denkst du der flüchtigen Zeit, warum denn treibst du zur Unzeit
Possen? Für jegliches Wort giebst Rede du einst ja und Antwort.
Bist du fromm, so verehre den Herrn; er schmücket mit Ehre.
Nähre die göttliche Flamme, daß läuternd dein Herz sie entflamme,
Die der Gerecht' in sich anfacht und den Lohn sich vervielfacht.
Diene dem Herren getreu, dir die ewige Palme verdiene.
Also lohnt er die Thaten, die Wackere wacker ihm thaten.

Personas in tres domini credas, sed ut intres
Regna, laborante det amore viam labor ante.
Iussa dei fer, eris felix, et ad astra fereris;
Si iungas cor eis, caeli iungere choreis.
Aevi flore vires, alienas ne rape vi res.
Dat tibi, mente vir es, parvo si mens bona vires.
Sectarine potes luxu potuque nepotes?
Prospera quae reris quaedam nocuisse quereris.
Quaeque iuvant quereris, quae damna nocivaque reris.
Prospera sors quamvis det opes et opem tibi quam vis,
Commodius quamvis rem confert ius tibi, quam vis.
Dives cum dator es, hilares imitare datores.
Et dandas dato res hunc, qui bona cuncta dat, ores.
Spem qua te reris auctum fuge ter quater aeris.
Rem re nitentes cumulare foris, renitentes
Fronte, retinentes fidei qua non retinent aes
Aequa domet grate te lex, qua te rego, nate.
Vera cano, pare, discens propera pete, care.
Sacratae facta virtutis, nate, retracta.
Ito comes sacrae legi, fugito scelus acre.
De facie blanda decorans laete dato danda.
Des cito, tardando [torque]s, prodes cito dando.
Foede vivere dum desistis, respue foedum.
Vanam linquito rem, vitiant nam crimina morem.
Aeris eris praedis, si non veris homo credis.
Cena tibi praedae turpis plena placet, ede?
Aera cupis temere, rectum spera magis aere.

v. 164. *ad* om.
v. 174. *det.*
v. 177. sententia perspicua est; sed vitiun in epitrito *retinentes* nec admissun puto a versus auctore, nec ego corrigere potui.
v. 183. exesa membrana. v. 187. an: *plena an*?
v. 188. f. *spira*.

Glaub' an Gott den dreiein'gen; indeß, daß zum Himmel wir eingehn,
Wolle die Liebe zuvor zu kräft'gem Bemühen uns kräft'gen.
Den einst Gott in den Himmel versetzt, der thut, was er festsetzt;
Wer um ihn hier ringet, ihn dort mit den Engeln umringet.
Blühst du in Kraft? nun wohl; sein andre denn sicher im Wohlsein.
Selber den kleineren Mann, ist sonst er nur tüchtig, verehrt man.
Willst du mit wüsten Schlemmern Gesundheit und Ehre verwüsten?
Manches anitzt scheint gut, was du später beklagest als Scheingut.
Andres hinwieder, was frommt, ist als schädlich und häßlich zuwider.
Lasse das glücklichste Loos dich freudlos nimmer und hülflos.
Lieber verbess're dein Loos durch Recht, als gewaltsam und rechtlos.
Möchtest du, reich, gern schenken, so sei beim Schenken auch liebreich.
Aber vom Geber des Guten erreich', daß die Gabe dir anreich'?
Hoffen und Harren auf Gut, mein Freund, that nimmer und nie gut.
Wuchrer, die Geld auf Geld einscharren am Markte durch Aufgeld,
Gleißen von Außen, doch bleiben sie nicht in der Ehrlichkeit Gleisen.
Dies mein Gesetz ist billig, mein Sohn, so befolg es denn willig.
Wahrheit künd' ich; o Lieber, gehorch, und befolge sie bündig.
Würdiger Thaten Vermächtniß, Kind, halt fest im Gedächtniß.
Wandl' im Gesetze des Herrn, und bleibe von sündiger That fern.
Deine Geschenke durch freundlichen Blick zu versüßen gedenke.
Schnell gieb; denn Hinhalten ist Qual; süß, schleunig erhalten.
Wenn du der Haft der Sünden entflohn, meid' alles, was sündhaft.
Kleinliche Eitelkeit laß'; sie gäbe zu Tadel nur Anlaß.
Irdischem Moder verfällt, wer ewige Wahrheit gering hält.
Sage, gefällt dir ein Mahl, wozu man die Ingredienz stahl?
Unklug jagst du nach Gold, da Tugend dir höheren Sold zollt.

163. Woll' es der Liebe gelieben, daß Liebeswerk' uns belieben.

169. Manches beseeligend wähn' ich, was künftig ich achte wohl wenig.

170. Manches künftig wohl wähl' ich, was jetzt ich verachte zu wählig.

Aere prius capta, quae plus vere legis apta.
Aeris amor, curis, si quem miseris agis, uris.
Ure, precor, digne mentem curae deus igne.
Spes misero sis, te iam non sospes rogo, Christe!
Maesta gero iuste placidum prā precibus te.
Iurgia vites, ne mala lites pugna sequatur.
Ira tepescat, lingua quiescat, lis reprimatur.
Si det olúscula mensa minuscula pace quieta,
Non pete grandia largave prandia lite repleta.
Sunt mediocria, vitaque sobria congrua sanis,
Est lascivia, quae convivia captat, inanis.
Fundere sobria mēns opprobria dura cavebit;
Lingua sed ebria nōn funebria bella cavebit.
Noxia pabula dat tibi crapula, paucula quaere.
Nec fuge fercula, quae muliercula condit in aere.
Prodiga laute, provida caute plebs epulatur.
Ebria vano, sobria sano more notatur.
Multa tabernae, nulla supernae cura salutis
Est hymenei sive Lyaei festa secutis.
Rara modestia, multa molestia litigiorum
Cum potoribus ac lusoribus est deciorum;
Haec iniuria dat periuria lite minaci;
Haec invitia sunt convicia dissona paci.
Est nebulonum multa caponum venter abyssus,
Multa capessunt . his similes sunt ursa, canis, sus.
Scurra bonorum vendit agrorum iugera culta.
Sic venalia tota novalia dat gula stulta.
Huic sua praedia sunt quasi taedia, res onerosa.
Haec alienat, fercula cenat deliciosa.
Scurra crumenam post breve plenam sic vacuabit,

v. 190. *turis.*
v. 193. an *praebe?*

Eifriger hasch' als Gold, was lieblicher klingt, als ob Gold rollt.
Nimmer befriediget schmollt, wer über Gebühr ist dem Gold hold.
Mindr', o Gott, der Vergehungen Zahl, durch das Feuer der Trübsal.
Christ, mein Hoffen, Erbarmen dem hülflos irrenden Armen!
Ach, in dem Herzen, wie wehe; errette mich gnädig, ich flehe!
Zanken vermeide, damit nicht zu Leide dein Streiten sich kehre.
Dämpfe den Zornmuth, kämpfe mit Schmähwuth, Streiten verwehre.
Wer an dem Tischchen Gemüschen mit Fischchen in Frieden verzehret,
Suche nicht weichliches Schmausen, wo reichliches Zanken verkehret.
Mäßige Male und kleine Pokale geziemen dem Weisen;
Austern, Lampreten und Leberpasteten will Lüsternheit speisen.
Bist du enthaltsam, so wirst du gewaltsam nicht schimpfen und schmählen
Während dem Saufer und grimmigen Raufer die Beulen nicht fehlen.
Dann in der Kammer — Katzenjammer. Lebe du weise;
Grütze mit Butter drein, welche dein Mutterlein reichet, verspeise.
Leckere schlecken; der Decke sich strecken besonnene Häuser.
Mäß'ge sind Tauben, Gefräßige schnauben: So ducken Calmäuser.
Viel in den Schenken, und wenig bedenken das ewige Leben,
Heißt es bei solchen, die Liebeln und Strolchen ihr Leben ergeben.
Heftige Rüge, und Händel zur Gnüge nebst plumpem Betragen
Kannst du bei Söfflern und Spielern und Knöchlern bestens erfragen.
Nach der Beleidigung falsche Beeidigung, Lärmen beim Richter,
Solch Entehrendes, Fried' Entbehrendes schmeckt dem Gelichter!
Schlemmerkaldaunen sind vielen Kapaunen ein gähnender Abgrund.
Alles mangiren sie; sonsten rangiren sie gleich nach Bär, Sau, Hund.
Wüste Verschwender verkaufen der Länder blühende Saaten;
Eben Gereutetes, lustig vergeudet es jener für Braten.
Ihm ist ein Landsitz gleichsam ein Schandwitz, nüchterne Prose;
Also vertrödeln! Schmecken doch Knödeln deliciose!
Ist's nun zu Ende mit Hof und Gelände bei Schmaus und Pokalen,

Ac alienam post modo cenam saepe vorabit.
Histrio debita non sibi credita solvere curat.
Inficiatur, si moneatur, falsaque iurat.
Cum sua non det, cui dare spondet fraus baratonis,
Est fugitivo tuta nocivo villa trudonis.
Non epulae placuere gulae tenues epulonis.
Seu baratrum bona cuncta patrum vorat os baratonis.
Post patrimonia, post vadimonia tradita venum,
Inmoderatus ventris hiatus torquet egenum.
Fit cito prodigus exul et indigus ac vagus hospes.
Nemo propinquo condolet, in quo sit misero spes.
    Dona dei cape, pocula cum dape fine modesto.
In modico pia sit tibi copia, luxus abesto.
Respue mundum, vive secundum dogmata veri.
Ad paradisum dirige visum, posce doceri.
Si tua foedat corda, recedat stulta libido.
Sunt vitii genus immundum venus atque cupido.
Si mala vitas probra, maritas linque virorum.
Stulta voluptas tangere nuptas est aliorum.
Fallere callet, callida fallet fraus meretricis.
Respue basia, quae dat amasia talis amicis.
Si mediteris, quanta teneris reddere, quis sis,
Recta sequeris, quas male quaeris rebus omissis.
Tu quasi vilia despice milia divitiarum;
Nam commercia sunt expertia frugis earum.
Si concervas et male servas aes tibi carum,
Te mala missum mors in abyssum perdet avarum.
Stamina lanea discet aranea texere quando,
Discet avari cor satiari rem cumulando.

---

v. 221. Inficiatus.
v. 225. f. *baratronis.*
v. 245. *arania.*

Leer die vier Wände, — so leckt er die Hände bei Anderer Mahlen.
Comödianten, schlechte Contanten, der Gläubiger Plage;
Suchst du das Deine? Sie läugnen die Scheine, beim Himmel! nun klage!
Denkt das Versprechen, verschworen, zu brechen der Leutebetrieger,
Findet vor Schergen er sichres Verbergen beim räub'rischen Krieger.
Mäßige Mahle sind wahre Scandale der gierigen Kehle;
Eignes und Fremdes, alles verdämmt es dieselben Kanäle.
Wann mit dem Pfandbrief Alles in Sand lief, alles verschlissen,
Bietet dem Prahlhans Meister Schmalhans dürftige Bissen.
Krippenreuter wird der Vergeuder; ohne Erbarmen
Fliehen Verwandte, vermeiden Bekannte den flüchtigen Armen.
Gottes Gaben sollen uns laben; aber bescheiden
Sollen in Mäßigkeit wir der Gefräßigkeit Laster vermeiden.
Lasse die Welt; auf das Wahre gestellt sei alle dein Sinnen;
Daß Paradieseslust du genießest, such' zu gewinnen.
Thörigter Lustgier, wann sie die Brust dir schändet, entweiche;
Liebsbrunst, Weindunst, Scheinkunst, Hofgunst, alles das streiche.
Wem sein Ruf lieb, immer noch fern blieb Andrer Gemahlen;
Lüsternem Faune nur prickelt die Laune, mit ihnen zu dahlen.
Heuchlerisch schmeichelt und schmeichlerisch heuchelt der Buhlerin Arglist.
Recht! daß solche gesprenkelte Molche zu küssen du karg bist.
Denkst du der Stunde, die einst von dem Pfunde, das Gott dir vertrauet,
Rechenschaft fodert, so lasse, was modert, daß einst dir nicht grauet.
Nur Mark Banko denkt dein Gedank', o Seel', an dem Stroh froh;
Solche Procente sind magere Rente jenseitigem Conto.
Scharrst du, und karrst du hier, ohne zu rasten, nur Geld in den Kasten,
Wird dir der arge Tod auf dem Sarge in Ewigkeit lasten.
Weben die Spinnen erst Wollen und Linnen, so will ichs erleben,
Daß sich die niedrigen Filze des widrigen Sammelns entheben.

Divitiarum census avarum tunc satiabit,
Quando retortum flumen ad ortum fons revocabit.
Haec caro debilis, irrita, flebilis evacuatur.
Est quasi bestia, quae caelestia non meditatur.
Non diademata dant neque schemata regna polorum;
Dat mundi sator ista bonus dator ipse bonorum.
Sceptra minacia, celsa palatia vana potenti
Sunt solatia, ni data gratia sit morienti.
Frustratoria vanaque gloria non relevabit,
Quem victoria non meritoria fine probabit.
Sperne dolosum . saepe dolo sum, crede, gravatus.
Linque dolosi verba, dolo si sit male fatus.
Non vitiosis par vitio sis; si comitaris
Hos vitiose, qui vitio se dant, vitiaris.
Non opulentus sis ope lentus; cur lucra quaerens
Non misereri vis miser aeri semper inhaerens?
Legis iniquae scriptor, ini quae dictat honestas.
Vincis, ad aptas si cor adaptas res et honestas.
Praedo minatur; praedominatur, si male partam
Perditionem per ditionem vergit in arctam.
Sperne rapinam, posse rapi nam scis rapientem.
Inque rapinae vota rapi ne tu sine mentem.
Pestis onustae semper onus te vexat, avare.
Non requiescis, nec requie scis corda levare.
Cras, homo, vix eris; ut bene vixeris in nece tristi,
Res opereris, quas ope reris profore Christi.
Pulvere, noscito, mors quia nos cito condet in imo.
Haec inopinos dant inopi nos tempora limo.
Flectere saepius ad bona se pius acta probabit;

v. 250. *h* superscr. *c*; i. e. *hoc.*
v. 259. *verba* bis et *fit male.*
v. 264. *ad hon.*
v. 274. Leg. *quod.*

Dann wird die Masse der Schätze der Kasse des Geiz'gen genügen,
Wann zu der Stelle der Quelle zurück Bergströme sich fügen.
Einstens erblassen wirst du, verlassen die sterbliche Hülle;
Drum nur ein Thier hängt stärker an ihr, als göttlicher Fülle!
Macht nicht giebt, nicht Pracht dir den Himmel, noch Scepter noch Kronen;
Dort verleiht, der allen gebeut, Gott Vater zu wohnen.
Dreuender Heere gefällte Gewehre, Vasall, Palisade,
Helfen, wenn Tod den Gewalt'gen bedroht, nichts ohne die Gnade.
Orden und Bänder, eroberte Länder können nicht trösten,
Wenn nicht das rechte Siegen dich brächte zu den Erlösten.
   Meide wer listig; selber durch List ich habe gelitten.
Scheue, wenn listig öfter mit List dich wer etwa bestritten.
Mit Heillosen um dein Heil loosen vermeide; durch Antheil
An dem, des Heil los, wirst du heillos fahren zum Unheil.
Wollten die Reichen doch Hülfe nur reichen! Du wolltest in Geldgier
Nicht theilnehmen? nur dein Theil nehmen, als gält' es die Welt dir?
Kritisch erwägt er, ein kritischer Wächter, die Blösen der Besten.
Richt' er auf Wicht'ges als Richter das Aug', so belehrt er am besten.
Wegelagrer? Am Wege lager' er. Gehts dann ans Ende,
Dann mag ergeben den Zehnten er geben der Kirch' in die Hände.
Beutelschneider? Zu schneiden wohl ging ich, und wurde geschnitten.
Also schneide dich nicht, und verschneide die Lust, will ich bitten.
Läßt dich es ruhn, Geizhals, dein lästiges Scharren nach Schätzen?
Ruhlos und ruchlos wird es immer zu gieren dich hetzen.
Heute noch roth, und morgen — o heute noch rode die Sünden,
Da's mit dem Beistand Jesu noch freistand, Gnade zu finden.
Wisse, daß bald das gewisse Verhängniß bettet im Staube.
Herrschest du, dienst du, sicher doch dienst du dem Tode zum Raube.
Stets sich zu besseren strebt in dem Besseren Sinn und Gedanke;

---

257. Fänd' er im Sterben nicht werthere Pfänder, die sichrer erlösten.

Qua grave cor riget, iram corriget atque levabit.
Absque fide lis vincla fidelis rumpit amoris,
Membra trucidat, caede truci dat membra cruoris.
Si quis eques tres vincat equestres, nulla videtur
Haec animosi laus, animo si non dominetur.
– Non dubito, mea quin subito metra livor inique
Corripiat, nec suscipiat, qui saevit ubique.
Non vereor, nec obesse reor, si culpet inique
Falsidicus, quae veridicus commendat iniquis.
Non rudibus, doctrina quibus latet, aut inimicis,
Collegi metra digna legi doctis et amicis.
Te maceret, te dilaceret, miser invide, tabes.
Alterius sors interius te laeta molestat.
Alterius dolor uberius tibi gaudia praestat.
Te laedat, te semper edat livoris et irae
Dira lues . sit dira lues animi mala dirae
Nequitiae . te pernicie mihi saepe nocentem
Percutiat nex, qua cruciat faex invida mentem.
Perditio te supplicio tradat tua tristi,
In laqueum trahat illa reum te, quem posuisti.
Ad meritas tua te feritas trahat, impie, poenas.
Det meritum furor interitum tibi, quem male frenas.
Tu veluti sentis luti foedissima sordes
Clade luas diroque tuas cruciamine sordes.
Subiaceas, cui non placeas; tibi praedo minetur
Praedominans, et praedo minans tibi praedominetur.
Si valeo, bona dante deo, tibi tristia restant.
Materiam, qua te feriam, mea commoda praestant.
Multa cruentis tu nocumentis damna patrasti.
Plena reatu, foeda relatu multa parasti.
Culpa tuorum te vitiorum subiugat hosti.

v. 294. *noce.*

Daß er an Selbstsucht, welche sich selbst sucht, nur nicht erkranke.
Bande der Treu' löst, welcher zu frei läßt Streit sich erheben;
Wo er Gewalt hat, raubt wohl Gewaltthat Freunden das Leben.
Wer in der Kampfsstätt dreien zu Kampf steht, acht' ich geringe,
Wenn nicht die eichene Kraft auch das eigene Herz ihm bezwinge.
Gar kein Zweifel, daß nicht der Teufel des Neides mir hämisch
Tadle die Verse, und beiß' in die Ferse, und lache dann flämisch.
Doch nicht bange; er schadet nicht lange; denn tadelt er hämisch,
Weiset ein Reinerer bald der Verkleinerer hämische Tücken.
Feinde nicht, meinte ich, noch die eben nicht Kenntnisse drücken,
Sondern verehrte Gelehrte durch würdiges Lied zu erquicken.
Dich, Elender, verkümmre der Neid, und zertrümmre der Unmuth.
Anderer Lust ist in innerster Brust dir ein Schmerz zum Verzagen.
Anderer Schmerz erleichtert das Herz dir zu Lust und Behagen.
Immer verheere dich, immer verzehre dich Giftes und Neides
Schreckliche Pest; thu' schreckliche Pest dir endlich ein Leides.
Der du so wüthig öfter bemüht dich, mich zu verderben,
Magst du an Neidsqual endlich in Drangsal schmählich versterben.
Daß die Verdammniß dich in den Schlamm riß ewiger Qualen;
Um für die Fallen, die du uns Allen legtest, zu zahlen;
Um uns zu rächen, an dir, dir Frechen, der nie du dich schämtest.
Komme zu Gut dir die grimmige Wuth, die du nimmer bezähmtest.
Aller Verruchtheit, aller Verfluchtheit niedriger Auswurf,
Zahle mit Noth dich und schmähligem Tod dein eigener Auswurf.
Schlage dich nieder, wem du zuwider; es schrecke dich Feindsdrohn
Drängend mit Siegshohn; möge das Siegdrohn siegen mit Feindshohn.
Bleib ich am Leben, und Gott will's geben, so geht es dir traurig;
Denn mich zu letzen und dich zu zerfetzen noch lange hin daur' ich.
Blutigen Schaden mit feindlichen Thaten hast du gestiftet,
Nicht zu ertragen, schmählich zu sagen, mein Leben vergiftet.
Eigener Laster Schuld, du Verhaßter, reißet dich nieder.

Ad mala pergere, nec mala tergere quo duce nosti?
Nos quasi viles spernis, heriles allicis astu.
Plebe pedester natus, equester ne freme fastu.
Me sine, culpa te, sine culpa me quia culpas,
Ac in me sine culpa desine fingere culpas.
Ducit te gula, non quo regula vult pietatis.
Ducit inertia, non sollertia te probitatis.
Est tibi missa dulcis omissa mane popina.
Pinguibus escis parcere nescis, dante coquina.
Non tibi ius carum constat, sed ius epularum.
Non tibi ius gratum constat, sed ius piperatum.
Plura tibi psalmo praebet solatia salmo.
Psalmos pro cocto salmone dares quater octo.
Labe labas morum; labor angit te labiorum
Psalmos edentem, salmones mulcet edentem.
Sallere salmones, non psalmos psallere calles.
Pinguia tu salles, tibi vixque deo bene psalles.
Ut mala multa pares, suadent quibus ad mala par es.
Audis fraude pares, tibi suadenti mala pares.
Acta probavere quem saepe pium proba vere,
Hunc reprobavisse gaudet tua reproba vis se.
Quae tua consilia dici conchilia debent.
Dámna per exilia mihi non exilia praebent.
Mors, in eum saevi, dedit hostem qui mihi se vi.
Non odii saevi tamen in quem semina sevi.
Haec tuearis scripta, scolaris, foedere fido,
Hac et in hora, qua legis, ora pro Godefrido.
Haec mea fratres stirpe mea tres discite nati.
His repetitis ad bona sitis vera parati.
Pro monumentis ista parentis, nate, teneto.
Vive retentis his documentis corde quieto.
Ne peream demens; absit dementia de me.
Christe, malum demens, tibi me dementia deme.

Explicit.

v. 323. *Sallere* quid sit, ignoro. an a *sale*?

Als weß Knechte ward dir das Schlechte zur Lust, nicht zuwider?
Uns ignorirst du, Junkern hoffirst du mit hündischem Wedeln.
Aermlich gewieget, nun adlich, wie schmieget er sich an die Edeln!
Mich laß; schuldige dich an; laß unschuldige schuldlos.
Bist du nun Schuld, ich ganz Unschuld, laß mich von der Schuld los.
Stärker die fetten Gerüche der Küche, denn Kirche dich locken,
Stärker als Rathen und Thaten des Betts einladende Flocken;
Schwänzest die Messe, wann Garkochs Esse nur rauchet, von früh an;
Denn wie Magnete ziehn dich Pastete und leckere Brüh an.
Kennst die Gerichte zu essen, doch nichts von Gericht und Processen.
Hochnothpeinliche nicht, nur hochrothweinliche Amtspflicht.
Besser noch als ein Choral dich tröstet ein leckerer Brataal;
Giebst für kalte Pasteten Mosen und alle Propheten.
Schändest du schändlich das Herz, so schmähest du schmählich auf Halsschmerz,
Bei intonirten Chorälen, nicht bei marinirten Makrelen.
Nicht in Chorälen zu singen, Makrelen zu schlingen vollbringst du.
Fettes verschlingst du; nicht Gott, nur dir Gefälliges singst du.
Die dies Schändliche rathen, sind dir gleich, schändlich gerathen;
Wenn sie die Freunde verrathen, so bist du am besten berathen.
Würd' ich noch immer so fromm mich erweisen und würdig der Weisen,
Mich zu entwürdigen, weiß dein Trug unwürdigen Nachweis.
Alle dies Treiben verdienet es, daß Umtreiben es heißet,
Da es mit Schaden und Bann mir die Bahn des Lebens zerreißet,
Treffe der Tod dich in Hast, der mich aus innerstem Grund haßt;
Der du zuerst mich gehaßt, und doch nicht den mindesten Grund hast. —
Halt' denn die Lehren, o Schüler, in Ehren; auch selber das Spottlied.
Bist du zu Ende, so falte die Hände, und bete für Gottfried.
Möcht' ich vor allen Euch dreien gefallen, geliebteste Brüder!
Wählet das Beste, und kehret als Gäste recht fleißig mir wieder.
Du, Sohn, hege mit kindlicher Pflege des Vaters Gedächtniß.
Lebe zufrieden, befolgst du hienieden des Vaters Vermächtniß.
Nun? und das Letzte? Ob ihn entsetzte der sechsfache Gleichklang?
Oder er hetzte den Scherz bis auf's Letzte, wie es mir gleich klang.

Quomodo altera haec muneris nostri pars nata sit, COLLEGAE AESTVMATISSVMI, et orationis nostrae principium et imitationis protervitas et postrema haec verba Vos edocebunt. Dum enim per feriarum dulcissima otia Phagifacetum in Vestram hilaritatem ornamus et Lipsiensia exspectantes auxilia ceteras codicis nostri perlustramus opes reconditas, Godefridi haec *metra* et iucunditate nos capiunt, et difficultate tenent, et imitandi festivitatem proliciunt. Quum igitur, praeter ardentissima vota Vestrae salutis, omnis frontis doctae severitas et omnino abesse hodie debere videretur, neque nos ullo modo decere, si Vos adiremus, et quum propter id ipsum totos nos ad huius diei laetitiam inde ab initio composuissemus; non a re fore nobis visum est, si, quae paucis his diebus Vestri memoria hilares, vel etiam lascivi, inter iocos et risus excogitassemus, omnia ad Vos ea mente mitteremus, ut, si fieri posset, augeremus quodam modo et adiuvaremus Vestram laetitiam. Itaque omnem etiam adnotationem in utroque poemate continuimus, qua aliquid Vobis explanare velle videremur, nihil adscribentes, nisi in quo ipsi dubitaremus vellemusque doceri a Vobis. Poetarum autem, ad quos frequenter alludit Reinerus, mentionem tum tantum fecimus, ubi codicis nostri erat addenda memoria. Iterum iterumque valete.

Pag. 30, vs. 425. dele punctum post, *ab ipso.*
„ 42, „ 141. *Dant his*, non, *dant bis.*

Lubecae, typis H. G. Rahtgens.